Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiæ,||

Molanus, Johannes

Antverpiae, [1592]

De sacra contra Turcas militia Maximiliani Imperatoris. Cap. LXXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38114

Hic primus fuit, inquit Pontus, Belgarum Principum, qui nobiles ac potentes homines armis ius, quod habere ſeſe exiſtimabant, exſequi prohibuit.

De ſacra contra Turcas militia MAXIMILIANI *Imperatoris.*

CAP. LXXII.

PER Mariam vnicam Caroli Ducis filiam & hæredem Maximilianus Auſtriacus ad Ducatum peruenit: qui etiam, mortua chariſſima ſibi coniuge, liberis nondum puberibus tutor datus eſt. *XVII. Lotharingiæ & Brabantiæ Dux, Maria nupta Maximiliano Imp.*

Hic, vt Lazius ſcribit in Commentarijs genealogię Auſtriacæ, quintũ bellum abſens per ſuos in Carniola & Windorum Marcha aduerſus Turcas adminiſtrauit: qui facta incurſione anno CIↃ. CCCC. XCII. miſerè Carniolam, Cilienſem ditionem, Carinthiam & Styriam depopulati fuerant. Quo bello Georgij ab Herberſtein virtus enituit. De hoc bello ſunt carmina Ioannis Rami. *lib. 2.*

In Mahometigenas deduxit & agmina turmas,
A quibus affectus clade Liburnus erat.

PHILIPPI *Ducis & Regis Caſtellæ pacata fuiſſe tempora.*

CAP. LXXIII.

PHILIPPVS annum agens ætatis decimum ſextum, præſente patre Maximiliano, Louanij inauguratur anno CIↃ.CCCC.XCIV. *XVIII. Lotharingiæ & Brabantiæ Dux Philippus Rex Caſtellæ.*